

patantur etiam habitu dimisso accedere; tunc denique, quia ex hoc quoddam foro seculari supponitur Clerici, nulla irrogatur injuria, neque Ordini Clericali, cum autoritate canonum supponatur, neque ipsa personis, que jure merito justitie subiciuntur. At privilegia canonis nullius jurisdictionem habent, resistunt laicos ab injuriis infensu Clericis, quibus infensu sunt, glof. in cap. Si quis judex 17. qu. 4. Si illo privarentur, id contingeret interdum absque illorum culpa: nam etiam in habitu & tonsura incederent, honestaque vitam ducerent; quia tamen forte alterius culpa, vel impedimento beneficia non obtinerent vel Ecclesie de mandato Episcopi non interserent delinquentur privilegio canonis favore Cleri concessio, expositi non quidem iudicium iudicis, sed privatorum injuriis, ac violentiis.

Accedit quoddam iudex laicus procedens contra Clericum, si modo violentia ablineat, de jure non est ipso facto excommunicatus, textus est in cap. pro. & ibi dixi num. 13. infra eodem. Nec facit alium, qui reparari non possit ubi cognoverit illum esse talem, qui iudici Ecclesiastico remitti debeat, juxta cap. Si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. At percurrens eum, quem scit, vel scire debet esse Clericum, incidit ipso facto in excommunicationem; & tamen si limitatio Concilii haberet locum in privilegio Canonis, poena excommunicationis, etiam Clericus in habitu & tonsura aperte incedens percussus esset, non censetur irrogata, nisi idem beneficium obtineret, vel Ecclesie ut supra interserret: quod latere facile potest percipientem & interim injuriam percusso illam non auferit ultro Canonica. Cuius igitur urgentes rationes adint, cur privilegium fori limitari debeat, privilegium canonis minime; non est recedendum a verbis & mente verissimi ipsius Concilii vulg. l. Non aliter, ff. de legat. 3.

74 Nec movere debet, quoddam facilius privilegium Canonis de jure amitteretur, quam fori privilegia, cap. Perpendimus, cum ibi notat. de sentent. excomm. Quia ex hoc ipso dici potest particulariter providendum fuisse circa privilegium fori & quoddam privilegium Canonis satis provium antea fuisse. Nec est omittendum communitur Doctores, in d. cap. perpendimus ex eo moveri quoddam intertextu ibi & in d. cap. cum non ab homine, sit mentio solummodo privilegio Canonis; unde inferunt non censeri idem dispositum de privilegio fori.

Considerandum etiam de jure communi in multis casibus Clericos supponi foro laicali, ut in casu reconventionis & aliis consimilibus, in quibus non gaudent privilegio fori, ut scripsi in cap. Proximis num. 3. infra eodem, & tamen gaudent privilegio Canonis. Ex quo apparet ad privationem privilegii fori non sequi alterius privilegii privationem; & quiddam esse de jure communi, cum in lege nova specialiter disponatur, de uno privilegio ad aliud non est faciendum illatio, presertim in conclusionibus penalibus, caput. Pona de Paris. distin. 1. cum concord. de quibus ibi per gloss. in ver. Non excedant.

Rursum Clerici hoc casu, quo supponuntur foro seculari non videntur exim: omnino a foro spirituali, sed solummodo tunc non gaudent illo privilegio; unde hinc licet tunc modo interire, ut ipsi privilegium exemptionis allegare nequeant ad declinandam iudicis secularis Jurisdictionem. Sed non licet inferre quod Episcopus non preventus possit illos iudicare, si pro Clericis ad hoc publice gerant: jam enim S. Congregatio consulta, an Decretum Concilii cap. 6. vers. Is etiam sess. 23. obicit Episcopo, quo minus jure suo animadvertere possit delinquentem, & respondit Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram desiderantes Ecclesie & deserviant, vel in Seminario, aut aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi versentur juxta cap. 6. sess. 23. forum iudicis laici declinare non posse, nos tamen idem Decretum obicit Episcopo quominus jure suo in hujusmodi Clericos delinquentes, si Clerici adhuc permanent, possit animadvertere.

Neque obstat, quoddam alius Concilium eluderetur: Episcopus enim hanc jurisdictionem sibi semper vindicaverit de sic per iudicium hujusmodi Clerici gaudent fori privilegio & quod in causa Maceraten. decium fuerit Clericum, qui non incedebat in habitu & tonsura comprehensum, & detentum in carceribus Curie secularis non fore remittendum ad Episcopum qui tanquam suum Clericum repererat: nam respondetur eo casu inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem esse locum preventionis, quemadmodum potest resolvit S. Congregatio. Atque ita salvatur decisio Maceraten. ubi reus reperiebatur in carcere, eratque preventa executio in personam, juxta decisionem Rotae 3. de sent. excomm. in nov. salvatur jurisdictione Episcopi, qui ob culpam Clerici dimittentis habitum non amittit omnino ius in eum; Republica magis consultur, quia minus periculi est, ut delicta remanent impunita; & fraus in fraudulenti caput retorquetur: neque enim tanquam laicus erit ibi iudicem Ecclesiasticum, neque ut Clericum laicum; nec dispositio Concilii contradicit, quis emanavit in odium dimittentis habitum, non autem in odium Episcopi & verba diriguntur ad ipsum Clericum, ut non gaudeat privilegio fori, non ad iudicem Ecclesiasticum, ut illum habeat tanquam exemptum & alienum a sua jurisdictione, neque mens, neque verba Concilii violantur. Ex quibus patet ed rationabili Concilium admittisse Clericos tanquam modo privilegium fori, quod eo sublato nullum prejudicium intertetur jurisdictioni Ecclesie preventienti & in eo militent rationes, que nullatenus considerari possunt in privilegio Canonis. Demum hanc sententiam olim probavit eadem S. Congregatio: nam proposito dubio, an Clerici, qui Decretum Concilii cap. 6. sess. 23. privilegio fori preventur, intelligantur etiam privati privilegio Canonis: Die 16. Octobris 1582. Sac. Congregatio censuit non intelligi privatos.



DE FORO COMPETENTI

Ex Concilio Parisiensi.

CAPUT II.

Nullus iudicium neque Presbiterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut minores Ecclesie, sine permisso Pontificis, per se dirringere, aut condemnare presumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, qui injuriam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens, emendet.

SUMMARIUM.

- 1 Iudex secularis si Clericum per se dirringit, aut condemnat, excommunicari debet.
- 2 Clerici res spirituales sunt, & ante omnem humanam Constitutionem exempti a Jurisdictione Imperatoris, & num. 4.
- 3 Clericus in quatuor casibus hic expressis & in aliis pluribus coram iudice seculari conveniri potest.
- 5 Mitores, seu juniores, Ecclesia qui dicuntur & num. 16. & seqq.
- 6 Argumentum a contrario sensu, quamvis fortissimum in jure, tamen aliquando vacat, & num. seqq.
- 7 Iudex laicus non potest Clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi.
- 8 Iudex Ecclesiasticus qui sine permisso Episcopi dirringit Clericum alterius jurisdictionis, excommunicatus est.
- 9 Papa an possit generaliter concedere, ut iudex laicus Clericum dirringat vel condemnat.
- 10 Iudex laicus non prohibetur ex delegatione Episcopi cognoscere causam Clerici meri civilem.
- 11 Iudices laici, qui clericos coercent, aut iudicant, dicantur Ecclesie Dei injuriam irrogare.
- 12 Excommunicatus potest iterum excommunicari & numer. seqq.
- 13 Iudex laicus, qui sine personali distinctione Clericum condemnat, non est excommunicatus, licet excommunicari debeat.
- 14 Hodie secus ex Bulla Conne.
- 15 Excommunicatus non debet absolvi, nisi prius de injuria satisfaciatur.
- 16 Fori privilegio quamvis persona prater Clericum gaudere debeat, latissime diffunditur usque in finem.
- 17 Servi Ecclesiarum sunt de sua Ecclesia.
- 18 Si perpetuo Ecclesia servitus sint adstricti, secus si condititii.
- 19 Diaconi servituti quot in singulis Ecclesiis deputari possunt & quibus privilegia fruatur ex Decreto Justini Gregor. XV. hat de re edito.
- 20 Familii Clericorum an gaudeant privilegio fori & n. seqq.
- 21 Familiari appellatione qui continentur.
- 22 Familiari perpetuo habet privilegium perpetuum sicut Dominus, temporalis autem non nisi durante familiaritate.
- 23 Familia Episcopi exempta est a seculari jurisdictione.
- 24 Intellibus cap. fin. de offic. Archid.
- 25 Concubina Clerici, an istius Clerici fori sortitur & num. seqq. usque ad num. 33.
- 26 Concubina Clerici dicitur committere sacrilegium.
- 27 Sacrilegii crimen est mixti fori.
- 28 Statuta laicorum penalia contra concubinas clericorum an valent, & num. 32.
- 29 Intellibus cap. Eos 32. dist.
- 30 Fori privilegii sortitur non privilegiatur in causa individua.
- 31 Iudex laicus instituido processum contra mulierem super delicto commisso cum tali Clerico incidit in excommunicationem Bulla Conne.
- 32 Uxor Clerici an gaudeat privilegio fori & num. seqq. usque ad num. 46.
- 33 Quid in uxore Clerici in sacris Ordinibus constituti,

- num. 37.
- 34 Quid in uxore Clerici minorum Ordinum, num. 39. Et quid in causis civilibus, ibid. & num. 40. Et quid in criminalibus, num. 41.
- 35 Uxores forisant radiis maritorum, & ex eorum persona foram sortiantur, & num. 42.
- 36 Conjugium non repugnat substantia Ordinis sacri & est prohibito indulta ex constitutione Ecclesie.
- 37 Fori privilegium concessum est clerico prater caracterem, qui extra personam non egreditur, & num. 43.
- 38 Uxores Sacerdotum in Ecclesia Orientali gaudent privilegio fori etiam in civilibus.
- 39 Uxorem potest clericus alere ex fructibus beneficii.
- 40 Uxores clericorum majoribus privilegiis potiuntur, quam uxores laicorum.
- 41 Privilegium competens uxori ex persona viri expirat eo mortuo.
- 42 Canonis privilegium non extenditur ad uxores clericorum nec ad alias personas non Ecclesiasticas fori privilegio gaudentes, & num. 58. & 61.
- 43 Rostros & coloni Ecclesie, an & quibus casibus sint exempti a jurisdictione seculari.
- 44 Emphyteuta laici si contentantur de dominio utili, quod habent ab Ecclesia, causa coram iudice Ecclesiastico agi debet.
- 45 Constatudo dat jurisdictionem, ibid. & num. 64.
- 46 Oblati alicuius Religionis, an sint de foro Ecclesie.
- 47 Religiosi omnes approbati regulam professentes, & eorum conventus & Novitii fori privilegio gaudent & n. 54.
- 48 Eremita an sint persona Ecclesiastica & exempti a seculari potestate & num. seqq. usque ad num. 65.
- 49 Eremita quamvis non abrenuntiet propriis, tamen annexum habent votum continentie, nec debent esse archiepiscopi, & num. 53. & 59.
- 50 Non sunt tamen vere Religiosi, nisi dent se alicui ex religionibus approbatis & num. seqq.
- 51 Eremita sunt sicut locusta sine Rege. Declaratur, num. 63.
- 52 Eremitarum quatuor sunt species.
- 53 Eremita viventes in congregatione & habentes modum vivendi ab Episcopo approbati, non prohibentur testari.
- 54 Beguina & Canonice seculares sunt sub jurisdictione Ecclesie, licet earum status non sit approbatus, & num. 59.
- 55 Eremiticam vitam ducentes de Superiorum licentia in habitaculis eremi non includantur in prohibitione de novis domibus non recipiendis.
- 56 Mulieres Canonice intrantes Monasteria, in quibus Religio non est approbata gaudent privilegio Canonis ex sententia Rotae.
- 57 Concilium Constantinopolitanum de Eremitis conatis ad solitudines rejiciendi expenditur.
- 58 Eremita & alii existentes in statu Penitentium, & habitantes in Oratorio autoritate Praelati, dicantur persona Ecclesiastica, & eorum caput est Christus.
- 59 Eremita an gaudeant privilegio Canonis.
- 60 Tertiarii, seu fratres de Penitentia, & milites gaudent, an sint persona Ecclesiastica & fori privilegio gaudent & num. seqq. usque ad num. 72.



36 Tertiarum ex Concilio Lateranensi non possunt privilegii Ordinis & exemptione ab Ordinariis, nisi collegialiter vivant...

71 Servientes militum, Monasteria, Hospitalibus, vel Collegiis, an & quando fori privilegio gaudent. 72 Hospitalarii, Leprosarii & hujusmodi, an sint de foro Ecclesie & num. seqq.

Nullo. Iudex secularis si Clericum per se distinguit, aut condemnat excommunicari debet. Hoc dicit; & duo facit. Primum prohibet. Secundum adijcit penam.

Clerici x. dist. & cap. Dux sunt 12. quæst. 1. & nota gloss. in Clem. 2. in ver. Clericus de vita & honestate. Unde qui veniat appellacionem minorem, de quibus loquitur hæc littera latissime dicitur infra in 1. quæst. 16. Quare nota ibi, sine permissa Pontificis, iuncta gloss. 3. aliquando vacare argumentum a contrario sensu: nam ex eo, quod sine permissu Episcopi Iudex laicus non possit Clericum coartare, & iudicare, ut hic dicitur; non licet arguere; ergo id potest Episcopo permittente. Certum est namque Iudicem secularium non posse Clericum iudicare etiam ex delegatione Episcopi, ut cap. Significasti, cum ibi not. infra & hic notant gloss. Hostiens. num. 1. in ver. Pontificis, & Joan. Andr. num. 3. in eodem ver. Nisi in certis casibus, ut notatur in cap. Ut sane, §. Latius de sentent. excomm. & in c. Cum non ab homine de iudic. Unde Innoc. & Host. ambo in ver. Sine permissu Episcopi, suppleunt adverbium; maxime: & quavis argueretur; a contrario sensu sit fortissimum in iure, ut l. 1. §. Hæc res, ff. de offic. eius, qui mandata est iurisdictione: tamen non procedit in hoc speciali casu: qui huius argumentum contrarium tenentur in iure futurum, nempe in dicti. cap. Significasti, & est simile in cap. Quod constituit, 1. quæst. cum suis concordantibus: de quod notatur in cap. Si quis simoniacus in ult. gloss. eodem causa & qua situr, & declarat Joan. Andr. in cap. Publicatum num. 18. supra de elect. Qui tamen primus intelclus locum habet in exponamus litteram ibi, nullus iudicem, id est secularium, propterea exponit gloss. 1. & Abb. Antiqui, in princip. Verum si exponamus eadem verba, nullus iudicium, id est secularium, vel etiam Ecclesiasticorum extraneorum, iuxta secundam expositionem Innocenti & Hostiensis: argumentum a contrario sensu non vacat respectu Ecclesiasticorum; quia in illos potest prorogari iurisdictione de Episcopi consensu, ut patet in prædicta Decretali, Significasti. Sed Episcopo non consentiente Iudex Ecclesiasticus Clericos alienos iudicare non potest, cap. Scriptum 6. quæst. 3. cap. 3. infra de Paroch. §. 9. quæst. 3. per totam: & iuxta hunc secundum intelclus etiam Iudex Ecclesiasticus distinguit, aut condemnat Clericos iurisdictionis alienius, est excommunicatus, vel ipso facto si personaliter distinguit, vel debet excommunicari si simpliciter condemnat. Quod est singulare, & notata disposita secundum Marianum Socin. num. 6. vers. Ex quo singulariter nota, & Felin. in princip. Vel tertio, ut salvetur argumentum a contrario sensu de verba illa, sine permissu Pontificis, non sunt supervacua, exponi potest verbum Pontificis, id est Papa, qui solus potest concedere, ut Iudex laicus Clericum distinguit, vel condemnet, cap. Mentiam 2. quæst. 5. cap. Cùm de votis 12. quæst. 2. etiam generaliter, ut notatur in cap. Contingit supra de arbit. & hic tenet Host. num. 1. in ver. Pontificis, Joan. Andr. num. 3. in eodem ver. & Butr. num. 7. Quod tamen intelligit, ut declarat Cardinalis in cap. Perpetuum in 7. opposit. de sent. excomm. ubi probat summum Pontificem non posse tollere Clericorum exemptionem a seculari potestate quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas in universum, licet possit quoad aliquos Clericos; & quoad aliquas causas; & hæc nota fuisse mentem Hostiens. & Joan. Andr. dum dixerunt Papam id posse generaliter, id est, concedendo ex causa uni Principi latere potestatem iudicandi de Clericis certi loci, vel territorii. Quam declarationem Cardinalis sequuntur, & ut supra interpretatur Felin. in cap. 2. col. 1. de major. & obedientie Stephanus Aulerius in Clementina 1. de officio Ordinarii seu in tractatu de potestate seculari super person. Ecclesie in 1. reg. n. 1. in 1. fall. & Covar. pract. q. 6. 31. n. 4. latè Moderni de offic. cleric. 1. n. 12. & seq. Vel quarto salvando idem argumentum: intellige illa verba sine permissu Pontificis, respectu minorum seu juniorum Ecclesie qui Clerici non sunt; si enim possit Iudicem secularium adne de Episcopi consensu, secundum Joannem Andream num. 4. in verbo condemnare & Butrium num. 7. quod ego intelligo, si verbum minoris accipiatur pro servientibus Ecclesie; fecit si pro Monachis, qui tales de consensu Superiorum privilegii Ordinis renunciare non possunt; aut alienius Iudicium iurisdictionem prorogare, ut scriptum latissime in cap. Quid super his de majoritate & obedientia. Vel dedique intellege verbum

verbum condemnare in causa merè civili, quam Iudex laicus non prohibetur cognoscere ac definire ex delegatione Episcopi secundum ea quæ notantur in cap. Item quidem 96. dist. & in cap. Determinari supra titulum proximum; & hic tradunt Joannes Andreas num. 6. in glossa hic vacat & Butrium num. 7. in fine.

Quinto nota ibi injuriarum, in Judicia secularia qui Clericos coartant aut iudicant, Ecclesie Dei injurias irrogare; injuria enim Clericorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur, cap. Accusatio, lib. primo in fine 2. quæst. 6. Joannes Andreas hic num. 5. Imola in primo notat. Abb. Marianus, Socin. & Alex. de Navo omnes in 2. notat.

17 Et primo glossa hic in verbo Minoris, exemplificat textum in scholaribus seu servientibus Ecclesie ad ejus obsequium deputatis, qui eodem privilegio gaudere debent, argum. cap. Fagnani in II. Lib. Decretal.

Secundo nota ibi, excommunicatum posse iterum excommunicari, secundum Abbatem num. 3. nam Iudex laicus Clericum distinguit est ipso jure excommunicatus, cap. Si quis succedet 17. quæst. 4. & tamen hic jubetur excommunicari; hoc enim importat illa verba a communi Ecclesie sequitur sit: quæ non sunt late sententia; sed ferendæ secundum glossam finale & est communis intelclus Joannis Andree & Doctorum in summa hujus textus.



proximo, num. 12. versiculo Et hanc opinionem. Alex. de Nevo hic num. 31. in fine & Stephanus Aufier. in tractatu de potestate seculari in 2. reg. num. 39. pro qua facit glossa 3. in Clem. cum ex eo ubi refert ejusmodi ordinem fuisse approbatum per Nicolaum Papam. Quod patet ex Constitutione Nicolai IV. quae incipit Supra montem & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 126. & per illam glossam dicit se ita pronuntiasse. Cardinalis in cap. si diligenti infra eodem refert etiam Aufierius loco citato, hodie hoc esse definitum in Extravaganti Sixti IV. quae incipit Sancta Romana, ubi recitatur multos solemnissimos Doctores ita consuluisse. Item recitatur sic observari in Civitate Tolosana.

Contrarium, id est Fratres Tertii Ordinis non esse de foro Ecclesiae: pluribus consultit Joannes Calderinus conf. 7. de foro competentis quod incipit: Quasi sit me, an Fratres de Penitentia. Federicus de Senis conf. 150. incipiente cum aliqui boni viri in princip. Cardin. conf. 13. in Civitate in fine. Abbas conf. 31. Ad clarum decisionem per totum lib. 2. & idem Abbas hic num. 12. versiculo Item pro istis Fratribus, quia tales licet habeant modum vivendi a Sede Apostolica approbatum: non tamen sunt vere Religiosi, cum non profiteantur tria substantialia Regulae; nec sunt Clerici nec uxores dimittunt. Idem tenent Guillelmus de Monte Laudano & Petrus de Ancharo in dicta Clement. cum ex eo num. 6. de sentent. excommunicat. & ibi etiam Cardin. & plerique in Clement. Per litteras in 12. quae de praebendis. Baldus in lege Placet num. 13. eod. de Sacrosancta Ecclesia. Et hanc partem profitentur esse veriore Abbas, Marianus Socinus, Alex. de Nevo & Aufierius locis citatis, quia si recte consideretur illorum status: magis ad laicalem quam ad Ecclesiasticam vitam accedunt; nam cum tria sint ejuslibet approbatae Religionis substantia: videlicet, castitas, paupertas & obedientia, cap. cum ad Monasterium, infra de Statu Monachorum: ipsi esse continentiam servant, cum uxores habeant; nec paupertatem, cum propriam possideant; nec etiam possunt omnimodam servare obedientiam, quia cum sint conjugati: non habent integram sui corporis potestatem, ut cap. Non debet infra de conjugum iure & affinitate; & ibi eis obicitur: quod non bene concordat citra cum platerio: hoc est, vita activa male concordat cum contemplativa, ut dicit textus in cap. Diversis, de Clericis conjugatis: quare cum ipsi magis accedant ad statum laicalem quam ad Ecclesiasticum: debent censeri laici, quia mixtum debet judicari secundum illud simplex in quo magis incalcet, ut lege Quartus, ff. de statu hominis & cap. Si testes, §. Hermaphroditus 4. quae 3. bene facit textus in cap. Duo sunt 12. quae 1. & ita servatur Perulii ubi Fratres Tertii Ordinis solvunt collectas & conveniuntur coram Judice seculari, ut de suo tempore testatur Bartolus in dicta lege Semper de iure immunitatis.

66 Hodie tam ingens controversia inter primarios utriusque Juris Interpretes sopita est ex Concilio Lateranensi novissimo, sess. 11. in fine Conciliorum, tom. 4. parte 2. paginam 113. & Constitutione Leonis X. ut in Decreto Sacrae Congregationis Concilii tenoris infra scripti, videlicet: Sacra Congregatio tenens Tertiariorum, Mantellatos, Corrigatos alioque similes: ita eadem Ordinis cuius jus tertiae Regulae habitum assumptur: privilegium potest & ab Ordinarii jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant seu cum Clericis habitent & mulieres virginales seu castibem aut castam virginealem expresso voto & sub dicto habitu vitam traduxerint: quemadmodum cavetur Constitutione Concilii Lateranensis sub Leone X. quae habetur sess. 12. in fine. Hoc autem voto mulierum: alia duo, scilicet paupertatis & obedientiae nequaquam includi: quin imo hujusmodi mulieres, si vitam virginealem aut coelibem simpliciter expresseque voverint: etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut propriis domibus vel foris habitantes supra dictis privilegiis Ordinis cuius Regulae habitum deferunt exemptioneque ab Ordinarii jurisdictione frui debere: quemadmodum idem Leo postea declaravit die prima Martii 1518.

68 Constitutionem autem sane memorie Pii V. quae Sorores Tertii Ordinis ad perpetuam clausuram obstringuntur, ut potest loquentem de his quae in communi & in Congregatione vivunt: ad supra dictas Sorores in consanguineorum vel propriis domibus habitantes votumque unicum expressum, virginalis aut coelibis vel castae virginalis vitae emittentes: de quibus cavetur in dicto Concilio Lateranensi, nihil pertinere; & propterea quoad illas, dictam Constitutionem nec Concilium Lateranense coartat ad immutabile nec quicquam novi juris induxerit. Et alias censuit Tertiaris domi suae vel suorum consanguineorum habitantes & habitum Religionis gestantes: nulla exemptione potiri: nisi emiserint expressum votum castitatis vel coelibatus juxta Decretum Concilii Lateranensis sub Leone X. sess. 11. Ceterum etiam si id votum emiserint; si tamen Ordinarii vel Parochi sui illi administrandi Sacramenta, etiam tempore Paschalis vel alias in ejus jurisdictionem acquirerint: non posse ipsas de cetero adversus Ordinarios vel Parochos exemptione uti; sed observandam esse consuetudinem: circa hoc vide quod scripsi in cap. Omnis

utriusque num. 64. infra de penitentia & remissione. Amplius, cum oblati fuisset Sacrae Congregationi supplex libellus sequentis tenoris, videlicet: Baro Terra Aprucina, Lacerina Diocesis habet nonnullos vestros Tertiariorum nuncupatos Religionis Sancti Francisci: uxores tamen & extra Claustra uti alios saeculares in propriis aedibus & de suis adficiis viventes, qui a jurisdictione Oratoris se fore exemptos; nec ad servitia Baronum & ad onera universalia sustinenda compelli coguntur; supplicat igitur Baro praefatus Sacrae Congregationi, ut dignetur declarare & rescribere loci Ordinarii praedictos Tertiariorum laicos taliter viventes, non debere gaudere privilegio fori Ecclesiastici; sed illis posse per Oratorem ejusque Officiales ad servitia praedicta & universitatis onera sustinenda compelli: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, respondit hujusmodi viros Tertiariorum in Congregatione non viventes: privilegium Ordinis cuius habitum gestant, non potiri: quemadmodum diserte cavetur Decreto Generalis Concilii Lateranensis. Sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquirere: consuetudinem esse servandam.

do. penit. dist. 1. & de his consule Marian. Socin. in cap. Proximo supra eodem in 10. declaratione num. 13. & Covarr. late de hoc articulo differenter Praef. quae cap. 24. de num. 3. Communis opinio videtur esse, ut tales sint sub protectione Ecclesiae tanquam miserabiles personae, sed non sint exempti a seculari potestate. Similiter dubitari solet de Disciplinatis, seu societibus disciplinariis. Et de his vide eundem Marianum Socin. loco cit. in 12. declaratione num. 15. & Alexan. de Nevo hic num. 36. post Bart. in l. Sub praetextu, eod. de Sacrosancta Ecclesia. A nonnullis idem controversitur de Jesuitis, an scilicet sint personae Ecclesiasticae, & de foro Ecclesiae, ut per Abb. num. 1. vers. Et ex his concludo, Alex. de Nevo num. 33.

DE FORO COMPETENTI.

Alexander III.

CAPUT V.

SI Clericus laicum de rebus suis vel Ecclesiae impetierit, & laicus res ipsas non Ecclesiae aut Clerici, sed suas proprias alleverat: debet de rigore juris ad forenses iudices trahi: Cum actor forum rei sequi debeat. Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

SUMMARIUM.

- 1 Laicus, an & quando rebus Ecclesiae, vel Clerici conveniri possit coram Judice Ecclesiastico.
2 Litis contestatio, an & quando inducatur per negationem rei conventi.
3 Negatio facit rem dubiam.
4 Si sit verisimilis, alius fecit.
5 Notorium non requiritur ex sola negatione, & num. seq.
6 Clericus pro professione praebendae, potest laicum convenire coram Judice Ecclesiastico.
7 Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam iudicis jurisdictionem, si probabiliter negatur, & n. seq. Declaratur, num. 10. & 15.
8 Index, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuentis, potest de qualitate illa summarie cognoscere, ut videtur, an sua sit jurisdictione, & num. 10. Declaratur, num. 15.
9 Opinio Bartholi & Jacobi de Arena quid sufficiat solo allegatio qualitates tribuentis jurisdictionem, etiam si negatur ab adversario, resistitur.
10 Negatio qualitatis, in qua jurisdictionis fundatur, non excludit fundatam jurisdictionem; sed tamen impedit processum super principali, donec Index de qualitate illa summarie cognoverit. Declaratur, num. 16.
11 Index, cuius jurisdictione negatur, cognoscere potest, an sua sit jurisdictione.
12 Res si negatur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.
13 Index debet prius cognoscere, an quis contraxerit vel deliquerit in suo territorio, si hoc negatur ad ejus jurisdictionem declinandam.
14 Conservator, si officia negatur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.
15 Negatio qualitates jurisdictionem tribuentis quid operetur.
16 Jurisdictione si fundatur super sola dubietate qualitates jurisdictionem tribuentis, negatio qualitates nihil operatur, sed satis est illam in libello allegare.
17 Ut si negatur Clericus, vel contraclus usarius, aut matrimonialis.
18 Index Ecclesiasticus cognoscit, si laicus neget raptum, vel irrogatum in bonis Ecclesiae.
19 Clericus si alleget oppressionem vel fraudem, aut contractum minus legitimum vel spolium & laicus neget, procedit Index Ecclesiasticus.
20 Actor sequitur forum rei.
21 Clericus agens contra laicum potest & debet litigare coram Judice seculari, & potest ad eum condemnari in

& alios hic & Marian. Socin. ubi supra in 11. declaratione num. 14. Sed male; quia illorum status fuit approbatus a Martino V. & tunc conveniri non poterant, nisi coram Papa vel ejus Delegatis, aut Ordinariis locorum, ut in ejus constitutione, quae incipit. Pae postulatione voluntatis in Bullar. tom. 1. pag. 262. Sed postea obtinuerunt a Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profertendi regulam S. Augustini. Unde hodie sunt vere & proprie Religiosi, & gaudent privilegiis Ordinum Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VIII. incipien. Sacra eod. tom. 1. pag. 604. & in alia Pii V. Romani Pontificis tom. 2. pag. 245.



DE FORO COMPETENTI.

Alexander III.

CAPUT V.

SI Clericus laicum de rebus suis vel Ecclesiae impetierit, & laicus res ipsas non Ecclesiae aut Clerici, sed suas proprias alleverat: debet de rigore juris ad forenses iudices trahi: Cum actor forum rei sequi debeat. Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur.

SUMMARIUM.

- 1 Laicus, an & quando rebus Ecclesiae, vel Clerici conveniri possit coram Judice Ecclesiastico.
2 Litis contestatio, an & quando inducatur per negationem rei conventi.
3 Negatio facit rem dubiam.
4 Si sit verisimilis, alius fecit.
5 Notorium non requiritur ex sola negatione, & num. seq.
6 Clericus pro professione praebendae, potest laicum convenire coram Judice Ecclesiastico.
7 Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam iudicis jurisdictionem, si probabiliter negatur, & n. seq. Declaratur, num. 10. & 15.
8 Index, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuentis, potest de qualitate illa summarie cognoscere, ut videtur, an sua sit jurisdictione, & num. 10. Declaratur, num. 15.
9 Opinio Bartholi & Jacobi de Arena quid sufficiat solo allegatio qualitates tribuentis jurisdictionem, etiam si negatur ab adversario, resistitur.
10 Negatio qualitatis, in qua jurisdictionis fundatur, non excludit fundatam jurisdictionem; sed tamen impedit processum super principali, donec Index de qualitate illa summarie cognoverit. Declaratur, num. 16.
11 Index, cuius jurisdictione negatur, cognoscere potest, an sua sit jurisdictione.
12 Res si negatur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.
13 Index debet prius cognoscere, an quis contraxerit vel deliquerit in suo territorio, si hoc negatur ad ejus jurisdictionem declinandam.
14 Conservator, si officia negatur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.
15 Negatio qualitates jurisdictionem tribuentis quid operetur.
16 Jurisdictione si fundatur super sola dubietate qualitates jurisdictionem tribuentis, negatio qualitates nihil operatur, sed satis est illam in libello allegare.
17 Ut si negatur Clericus, vel contraclus usarius, aut matrimonialis.
18 Index Ecclesiasticus cognoscit, si laicus neget raptum, vel irrogatum in bonis Ecclesiae.
19 Clericus si alleget oppressionem vel fraudem, aut contractum minus legitimum vel spolium & laicus neget, procedit Index Ecclesiasticus.
20 Actor sequitur forum rei.
21 Clericus agens contra laicum potest & debet litigare coram Judice seculari, & potest ad eum condemnari in